# EMBER SATURDAY IN ADVENT

| | |
|---|---|
| **INTROIT Psalms 79: 4, 2**<br>Veni, et osténde nobis fáciem tuam, Dómine, qui sedes super Chérubim: et salvi érimus. (Ps. 79: 2) Qui regis Israël, inténde: qui dedúcis, velut ovem, Joseph. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Veni, et osténde nobis fáciem tuam, Dómine, qui sedes super Chérubim: et salvi érimus. | Come, O Lord, and show us Thy face, Thou that sittest upon the Cherubim: and we shall be saved. (Ps. 79: 2) Give ear, O Thou that rulest Israel: Thou that leadest Joseph like a sheep. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Come, O Lord, and show us Thy face, Thou that sittest upon the Cherubim: and we shall be saved. |
| *After the Kyrie eleison is said:*<br>Orémus.<br>V. Flectámus génua.<br>R. Leváte. | *After the Kyrie eleison is said:*<br>Let us pray.<br>Let us kneel.<br>Arise. |
| **COLLECT**<br>Deus, qui cónspicis, quia ex nostra pravitáte afflígimur: concéde propítius; ut ex tua visitatióne consolémur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, who seest that we are afflicted because of our iniquity, mercifully grant that we may be comforted by Thy visitation: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Isaiah 19: 20-22**<br>In diebus illis: Clamábunt ad Dóminum a facie tribulántis, et mittet eis salvatórem et propugnatórem, qui líberet eos. Et cognoscétur Dóminus ab Ægýpto, et cognóscent Ægýptii Dóminum in die illa: et colent eum in hóstiis et in munéribus: et vota vovébunt Dómino, et solvent. Et percútiet Dóminus Ægýptum plaga, et sanábit eam: et revertántur ad Dóminum, et placábitur eis, et sanábit eos Dóminus, Deus noster. | In those days they shall cry to the Lord because of the oppressor, and He shall send them a Savior and a defender to deliver them. And the Lord shall be known by Egypt, and the Egyptians shall know the Lord in that day, and shall worship Him with sacrifices and offerings: and they shall make vows to the Lord and perform them. And the Lord shall strike Egypt with a scourge, and shall heal it: and they shall return to the Lord, and He shall be pacified towards them, and the Lord our God shall heal them. |
| **GRADUAL Psalms 18: 7; 18: 2**<br>A summo cælo egréssio ejus: et occúrsus ejus usque ad summum ejus. Cæli enárrant glóriam Dei: et opera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. | His going out is from the end of heaven: and His circuit even to the end thereof. The heavens show forth the glory of God: and the firmament declareth the work of His hands. |
| Orémus.<br>V. Flectámus génua.<br>R. Leváte. | Let us pray.<br>Let us kneel.<br>Arise. |
| **COLLECT**<br>Concéde, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, qui sub peccáti jugo et vetústa servitúte deprímimur; exspectáta unigéniti Fílii tui nova nativitáte liberémur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, almighty God, that we who are bowed down by our old bondage under the yoke of sin, may be freed by the new birth of Thine only begotten Son, for which we look. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Isaiah 35: 1-7**<br>Hæc dicit Dóminus: Lætábitur desérta et ínvia, ei exsultábit solitúdo, et florébit quasi lílium. Gérminans germinábit, et exsultábit lætabúnda et laudans: glória Líbani data est ei: decor Carméli et Saron, ipsi vidébunt glóriam Dómini, et decórem Dei nostri. Confortáte manus dissolútas, et génua debília roboráte. Dícite pusillánimis: Confortámini, et nolíte timére: ecce, Deus vester ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipse véniet, et salvábit vos. Tunc aperiéntur óculi cæcórum, et aures surdórum patébunt. Tunc sáliet sicut cervus claudus, et apérta erit lingua mutórum: quia scissæ sunt in desérto aquæ, et torréntes in solitúdine. Et quæ erat árida, erit in stagnum, et sítiens in fontes aquárum: ait Dóminus omnípotens. | Thus saith the Lord: The land that was desolate and impassable shall be glad, and the wilderness shall rejoice and shall flourish like the lily. It shall bud forth and blossom, and shall rejoice with joy and praise: the glory of Libanus is given to it: the beauty of Carmel, and Saron, they shall see the glory of the Lord and the beauty of our God. Strengthen ye the feeble hands, and confirm the weak knees. Say to the faint hearted: Take courage, and fear not. Behold your God will bring the revenge of recompense: God Himself will come and will save you. Then shall the eyes of the blind be opened, and the ears of the deaf shall be unstopped. Then shall the lame man leap as a hart, and the tongue of the dumb shall be free: for waters are broken out in the desert, and streams in the wilderness. And that which was dry land shall become a pool, and the thirsty land springs of water: saith the Lord almighty. |
| **GRADUAL Psalms 18: 6; 18: 7**<br>In sole pósuit tabernáculum suum: et ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo. A summo cælo egréssio ejus: et occúrsus ejus usque ad summum ejus. | He hath set His tabernacle in the sun: and He is as a bridegroom coming out of His bridechamber. His going out is from the end of heaven: and His circuit even to the end thereof. |
| Orémus.<br>V. Flectámus génua.<br>R. Leváte. | Let us pray.<br>Let us kneel.<br>Arise. |
| **COLLECT**<br>Indignos nos, quǽsumus, Dómine, fámulos tuos, quos actiónis própriæ culpa contrístat, unigéniti Fílii tui advéntu lætífica: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | We beseech Thee, O Lord, gladden by the coming of Thine only-begotten Son, us Thine unworthy servants, who are made sorrowful by the guilt of our own deeds: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Isaiah 40: 9-11**<br>Hæc dicit Dóminus: Super montem excélsum ascénde tu, qui evangelízas Sion: exálta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelízas Jerúsalem: exálta, noli timére. Dic civitátibus Iuda: Ecce, Deus vester: ecce, Dóminus Deus in fortitúdine véniet, et bráchium ejus dominábitur: ecce, merces ejus cum eo, et opus illíus coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: in bráchio suo congregábit agnos, et in sinu suo levábit, Dóminus, Deus noster. | Thus saith the Lord: Get thee up upon a high mountain, thou that bringest good tidings to Sion: lift up thy voice with strength, thou that bringest good tidings to Jerusalem: lift it up, fear not. Say to the cities of Juda: Behold your God: behold the Lord God shall come with strength, and His arm shall rule: behold His reward is with Him, and His work is before Him. He shall feed His flock like a shepherd: He shall gather together the lambs with His arm, and shall take them up in His bosom, the Lord our God. |
| **GRADUAL Psalms 79: 20; 79: 3**<br>Dómine, Deus virtútum, convérte nos: et osténde fáciem tuam, et salvi érimus, Éxcita, Dómine, poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. | O Lord God of hosts, convert us: and show Thy face, and we shall be saved. Stir up Thy might, O Lord, and come to save us. |
| Orémus.<br>V. Flectámus génua.<br>R. Leváte. | Let us pray.<br>Let us kneel.<br>Arise. |
| **COLLECT**<br>Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut Fílii tui ventúra sollémnitas et præséntis nobis vitæ remédia cónferat, et præmia ætérna concédat.<br>Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Grant, we beseech Thee, almighty God, that the coming solemnity of Thy Son, may both bestow upon us healing in this present life and grant to us rewards in the life to come. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Isaiah 45: 1-8**<br>Hæc dicit Dóminus christo meo Cyro, cujus apprehéndi déxteram, ut subiíciam ante fáciem ejus gentes, et dorsa regum vertam, et apériam coram eo iánuas, et portæ non claudéntur. Ego ante te ibo: et gloriósos terræ humiliábo: portas aereas cónteram, et vectes férreos confríngam. Et dabo tibi thesáuros abscónditos et arcána secretórum: ut scias, quia ego Dóminus, qui voco nomen tuum, Deus Israël. Propter servum meum Iacob, et Israël electum meum, et vocávi te nómine tuo: assimilávi te, et non cognovísti me. Ego Dóminus, et non est ámplius: extra me non est Deus: accínxi te, et non cognovísti me: ut sciant hi, qui ab ortu solis, et qui ab occidénte, quóniam absque me non est. Ego Dóminus, et non est alter, formans lucem et creans ténebras, fáciens pacem et creans malum: ego Dóminus faciens omnia hæc. Roráte, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérminet Salvatórem: et iustítia oriátur simul: ego Dóminus creávi eum. | Thus saith the Lord to my anointed Cyrus: whose right hand I have taken hold of, to subdue nations before his face, and to turn the backs of kings, and to open the doors before him, and the gates shall not be shut. I will go before thee: and will humble the great ones of the earth: I will break in pieces the gates of brass, and will burst the bars of iron. And I will give thee hidden treasures and the concealed riches of secret places: that thou mayest know that I am the Lord who call thee by thy name, the God of Israel. For the sake of My servant Jacob, and Israel My elect, I have even called Thee by thy name: I have made a likeness of thee, and thou hast not known Me. I am the Lord, and there is none else: there is no God besides Me: I girded thee, and thou hast not known Me: that they may know who are from the rising of the sun, and they who are from the west, that there is none besides Me. I am the Lord, and there is none else: I form the light and create darkness, I make peace and create evil: I, the Lord, that do all these things. Drop down dew, ye heavens, from above, and let the clouds rain the just: let the earth be opened and bud forth a Savior: and let justice spring up together: I the Lord have created Him. |
| **GRADUAL Psalms 79: 3; 79: 2**<br>Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. Qui regis Israël, inténde: qui dedúcis, velut ovem, Ioseph: qui sedes super Chérubim, appáre coram Ephraim, Béniamin, et Manásse. | Stir up Thy might, O Lord, and come to save us. Give ear, O Thou that rulest Israel: Thou that leadest Joseph like a sheep: Thou that sittest upon the Cherubims, shine forth before Ephraim, Benjamin, and Manasses. |
| Orémus.<br>V. Flectámus génua.<br>R. Leváte. | Let us pray.<br>Let us kneel.<br>Arise. |
| **COLLECT**<br>Preces pópuli tui, quǽsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui iuste pro peccátis nostris afflígimur, pietátis tuæ visitatióne consolémur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | Mercifully hear, O Lord, we beseech Thee, the prayers of Thy people: that we who are justly afflicted for our sins may be comforted by the visitation of Thy loving kindness: Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **LESSON Daniel 3: 47-51**<br>In diebus illis: Ángelus Dómini descéndit cum Azaría et sóciis ejus in fornácem: et excússit flammam ignis de fornáce, et fecit médium fornácis quasi ventum roris flantem. Flamma autem effundebátur super fornácem cúbitis quadragínta novem: et erúpit, et incéndit, quos répperit iuxta fornácem de Chaldaeis, minístros regis, qui eam incendébant. Et non tétigit eos omníno ignis, neque contristavit, nec quidquam moléstia íntulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudábant, et glorificábant, et benedicébant Deum in fornáce, dicéntes: | In those days, the angel of the Lord went down with Azarias and his companions into the furnace, and he drove the flame of the fire out of the furnace, and made the midst of the furnace like the blowing of a wind bringing dew. But the flame mounted up above the furnace nine and forty cubits: and it broke forth, and burnt such of the Chaldeans the king's servants as it found heating it. And the fire touched them not at all, nor troubled them, nor did them any harm. Then these three, as with one mouth, praised, and glorified, and blessed God in the furnace, saying: |
| **CANTICLE Daniel 3: 52-53**<br>Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.<br>Et benedíctum nomen glóriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudábile et gloriósum in sǽcula.<br>Benedíctus es in templo sancto glóriæ tuæ. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.<br>Benedíctus es super thronum sanctum regni tui. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.<br>Benedíctus es super sceptrum divinitátis tuæ. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.<br>Benedíctus es, qui sedes super Chérubim, íntuens abýssos. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.<br>Benedíctus es, qui ámbulas super pennas ventórum et super undas maris. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula.<br>Benedícant te omnes Angeli et Sancti tui. Et laudent te et gloríficent in sǽcula.<br>Benedícant te cæli, terra, mare, et ómnia quæ in eis sunt. Et laudent te et gloríficent in sǽcula.<br>Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Et laudábili et glorióso in sǽcula.<br>Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sǽcula sæculórum. Amen. Et laudábili et glorióso in sǽcula.<br>Benedíctus es, Dómine, Deus patrum nostrórum. Et laudábilis et gloriósus in sǽcula. | 1. Blessed art Thou, O Lord, the God of our fathers, praiseworthy and exalted above all forever.<br>2. And blessed is Thy holy and glorious name, praiseworthy and exalted above all for all ages.<br>3. Blessed art Thou in the temple of Thy holy glory, praiseworthy and glorious above all forever.<br>4. Blessed art Thou on the holy throne of Thy kingdom, praiseworthy and exalted above all forever.<br>5. Blessed art Thou upon the sceptre of Thine divinity, praiseworthy and exalted above all forever.<br>6. Blessed are Thou Who look into the depths from Thy throne upon the Cherubim, praiseworthy and exalted above all forever.<br>7. Blessed art Thou Who walk upon the wings of the wind, and on the waves of the sea, praiseworthy and exalted above all forever.<br>8. Let all Thine Angels and Saints bless Thee, and praise Thee and exalt Thee above all forever.<br>9. Let the heavens, the earth, the sea and all the things that are in them bless Thee, and praise Thee and exalt Thee above all forever.<br>10. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, praiseworthy and exalted above all forever.<br>11. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, forever and ever. Amen. Praiseworthy and exalted above all forever.<br>12. Blessed art Thou, O Lord the God of our fathers. And worthy to be praised and glorified forever. |
| V. Dóminus vobíscum.<br>R. Et cum spiritu tuo.<br>Orémus. | The Lord be with you.<br>And with your spirit.<br>Let us pray. |
| **COLLECT**<br>Deus, qui tribus púeris mitigásti flammas ignium: concéde propítius; ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, Who didst deaden the flames of fire for the three children: mercifully grant that the flame of vice may not consume us Thy servants. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **EPISTLE 2 Thessalonians 2: 1-8**<br>Fratres: Rogámus vos per advéntum Dómini nostri Iesu Christi, et nostræ congregatiónis in ipsum: ut non cito moveámini a vestro sensu, neque terreámini, neque per spíritum, neque per sermónem, neque per epístolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Dómini. Ne quis vos sedúcat ullo modo: quóniam nisi vénerit discéssio primum, et revelátus fuerit homo peccáti, fílius perditiónis, qui adversátur, et extóllitur supra omne, quod dícitur Deus aut quod cólitur, ita ut in templo Dei sédeat osténdens se, tamquam sit Deus. Non retinétis, quod, cum adhuc essem apud vos, hæc dicébam vobis? Et nunc quid detíneat, scitis, ut revelétur in suo témpore. Nam mystérium iam operátur iniquitátis: tantum ut, qui tenet nunc, téneat, donec de médio fiat. Et tunc revelábitur ille iníquus, quem Dóminus Iesus interfíciet spíritu oris sui, et déstruet illustratióne advéntus sui. | Brethren, We beseech you by the coming of our Lord Jesus Christ, and of our gathering together unto Him: that you be not easily moved from your sense, nor be terrified, neither by spirit, nor by word, nor by epistle as sent from us, as if the day of the Lord were at hand. Let no man deceive you by any means: for unless there come a revolt first, and the man of sin be revealed, the son of perdition who opposeth and is lifted up above all that is called God or that is worshipped, so that he sitteth in the temple of God showing himself as if he were God. Remember you not that, when I was yet with you, I told you these things? And now you know what withholdeth, that he may be revealed in his time. For the mystery of iniquity already worketh: only that he who now holdeth do hold, until he be taken out of the way. And then that wicked one shall be revealed, whom the Lord Jesus shall kill with the spirit of His mouth, and shall destroy with the brightness of His coming. |
| **TRACT Psalms 79: 2-3**<br>Qui regis Israël, inténde: qui dedúcis, velut ovem, Joseph. Qui sedes super Chérubim, appáre coram Ephraim, Béniamin, et Manásse. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. | Give ear, O Thou that rulest Israel: Thou that leadest Joseph like a sheep. Thou that sittest upon the Cherubims, shine forth before Ephraim, Benjamin, and Manasses. Stir up Thy might, O Lord, and come and save us. |
| **GOSPEL Luke 3: 1-6**<br>Anno quintodécimo impérii Tibérii Cǽsaris, procuránte Póntio Piláto Judaeam, tetrárcha autem Galilǽæ Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Ituraeæ et Trachonítidis regionis, et Lysánia Abilínæ tetrárcha, sub princípibus sacerdotum Anna et Cáipha: factum est verbum Domini super Joannem, Zacharíæ filium, in desérto. Et venit in omnem regiónem Jordánis, prǽdicans baptísmum pæniténtiæ in remissiónem peccatórum, sicut scriptum est in libro sermónum Isaíæ Prophétæ: Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini: rectas fácite sémitas ejus: omnis vallis implébitur: et omnis moris et collis humiliábitur: et erunt prava in dirécta, et áspera in vias planas: et vidébit omnis caro salutáre Dei. | Now in the fifteenth year of the reign of Tiberius Cæsar, Pontius Pilate being governor of Judea, and Herod being tetrarch of Galilee, and Philip his brother tetrarch of Iturea and the country of Trachonitis, and Lysanias tetrarch of Abilina, under the high priests Annas and Caiphas: the word of the Lord was made unto John, the son of Zachary, in the desert. And he came into all the country about the Jordan, preaching the baptism of penance for the remission of sins, as it was written in the book of the sayings of Isaias the prophet: A voice of one crying in the wilderness: Prepare ye the way of the Lord: make straight His paths: every valley shall be filled; and every mountain and hill shall be brought low, and the crooked shall be made straight, and the rough ways plain: and all flesh shall see the salvation of God. |
| **OFFERTORY Zechariah 9: 9**<br>Exsúlta satis, fília Sion, prǽdica, fília Ierúsalem: ecce, Rex tuus venit tibi sanctus et Salvátor. | Rejoice greatly, O daughter of Sion, shout for joy, O daughter of Jerusalem: behold thy King will come to thee, the holy and Savior. |
| **SECRET**<br>Sacrifíciis præséntibus, quǽsumus, Dómine, placátus inténde: ut et devotióni nostræ profíciant et salúti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O Lord, we beseech Thee, look down favorably upon these present Sacrifices: that they may profit us both unto devotion and salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **COMMUNION Psalms 18: 6-7**<br>Exsultávit ut gigas ad curréndam viam: a summo cælo egréssio ejus, et occúrsus ejus usque ad summum ejus. | He hath rejoiced as a giant to run the way: His going out is from the end of heaven, and His circuit even to the end thereof. |
| **POSTCOMMUNION**<br>Quǽsumus, Dómine, Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti; et præsens nobis remédium esse fácias et futúrum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | We beseech Thee, O Lord, our God, that the most holy Mysteries, which Thou hast given us for a safeguard of our renewal, may become our remedy both now and for time to come. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |